

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri  
Viginti**

**Della Porta, Giambattista**

**Frankfurt, 1607**

De misturis in aquis ardentibus. Cap. VI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70772)

Scintillent, & mistura ignem concipiat, post pulueret  
in iuncto, ut se rite concorporent. Tunc loculos rotundos  
effinge ex linteis, ut diximus, pyrio simplici puluere re-  
ple, & obuolue funiculis, mox stupam in misturā con-  
uolue, & pilam effingito, usq; donec quæsitam magni-  
tudinē expleat, ac si æneo tormento projiceret quæris.  
Spissius funiculis illigabis. Tandem pilam pluribus lo-  
cis ligneis hastulis perforabis, ut puluerem in meditul-  
lio residentem pertingant, inde bombiceos ellychnios  
transfige, quibus ignis conseruetur, dum per aeria tante  
Impetu volat. Alia testa liquefacat pini lachryma, puluis  
pyrius, & sulphur, pilam eo liquore summerge, ut tor-  
cetur, extractæ bombiceos ellychnio stylo subleuabis,  
& pyrio puluere insperges. Hæc pila strepitū, fragore, ac  
postremo iectu hostes male multabit, ignis inextingu-  
ibilis, arma, vestes, & omnia comburet, usque donec to-  
tus absumatur, nam arma ita flagrantia reddit, ut nū  
detrahantur, hominem comburant.

## De misturis in aquis ardentibus. C.A.P. VI.

**P**erscrutantes Philologirationem aquarum supra &  
sub terris latentium, perpetuoq; feruētum, dicunt  
bitumen eius rei causam esse, quod semel accensum sua  
proprietate non solum non extinguitur, sed inspersis a-  
quis feruentius accenditur. Scribit Plinius. Flagrat in  
Phaselide mons Chimæra, & quidem immortali die-  
bus, ac noctibus flamma: ignem eius accendi aqua, ex-  
tingui vero terra, aut fœno Gnidius Cresias tradit. Ea-  
dem in Lycia Hephaestij montes tæda flammante tacti  
flagrant adeo, vt lapides quoque riuorum, & harenæ in  
ipsis aquis ardeant, alitürque ille ignis pluuijs. Ny-  
phei crater dira Apoloniatis suis portendit, vt Theo-  
pompus tradit, augetur imbris, eritque bitumen,  
temperandum fonte illo ingustabili, alias omni bitu-  
mine dilutius. Nunc bituminis genera inuestiganda.  
Primum liquidū, naphtha dictum, nostris oglo petrolio,  
quod faxis manet, & kitram. Huic magna ignium co-  
guatio, træsiliuntq; protinus in eam vadeconq; visam.

Im

Ita ferunt à Medea pellicem crematam, postquam sacrificatura ad aras accesserat, corona igne rapta. Alterum genus in Comagenis vrbe Samosata stagnum est, emittens limum (maltam vocant) flagrantem; quum quid attingit, solidum adhæret, præterea tactus sequitur fugientem. Sic defendere muros oppugnante Lucullo, flagrabatq; miles armis suis: aquis enim accenditur, tantum terra restinguiri docuere experientia. Eius species caphura est; vt bitumen ignem allicit, & ardet. Pissaspalithum bitumen durius, sunt & succini, & gaganis species, sed hæc lentius, & minus in aquis ardent. Præterea secundum, quod in aquis ardet, sulphur est, nū enim pinguis è terra eruitur. Ad hunc ignem foudum per se solum, neque aquis ardet, neq; aquis extinguitur, neque diu perdurat, sed bitumini additum perpetuat ignes, vt in Phlegræis Puteolanis visitur montibus, & quemadmodum igni, si oleum inspergatur, accenditur, ita bitumini accenso insparsa aqua vehementius auget flamمام. His ergo in ignibus, qui in aquis, & sub aquis ardeat, vsuri sumus. Sed aliqua proferamus exempla: quomodo fiat.

*Pila, que sub aqua ardeat.*

Puluis primo paretur pyrius: nam hic mistiones omnes subintrat, & vim præbet reliquis vehementer combundi; hic si granulatus fuerit, optime teratur, & incendiiculo secernatur, septem huius partibus duæ addantur colophoniae, tres halinitri, una sulphuris, omnia cōterantur, permisceanturque non sine naphtha aspergine, siue liquidæ picis kitran; tandiu humectando, donec pugno cōstrictus puluis per se maneat. Ex his optimè permistis periculum sumuar; nam si valentius vrit colophoniae, halinitri, & sulphuris plus addunt, si ignarius, pyrij pulueris. Hæc mixtura in stramentis, vel linatis oboluatur, vel loculis in datur ex dictis rebus confectis, & strictius quam possit funiculis, & ligamentis oboluatur, vt arctius constringatur. Feruenti immagatur pici, & resiccari curretur, ac denuo straminibus

MAGIAE NATVR. LIBER XII.

indumentes pice illinunt, ut ab aquæ humiditate tutæ sit, neque ignis violentia dissumpatur. Vbi autem rite fuerit resiccata, paruo foramine peruia, puluis indatur pyrus, & ignis immittatur, & quum ardere incepit, parua morula in aquis proiecitur. Ipsa suo pondere funditi petit, flammis aquas obluctantibus, longeq; a se recessere faciens; supra seruere videtur, & nigro fumo obscenatur, vt Puteolanas sulphureas aquas seruentes videre putas, leuior inde facta, per fluxuosos gyros, & ambages, maximo lucundo spectaculo ad aquæ superficiem ascendere videbitur, vt aquam ardere credas, & duo contraria elementa inter se pugnantia amico consortio eoir videbis, vsq; donec materia absurmatur. Alij simplicem pyrum puluerem, quantum manu capere poterunt, linteis obuoluunt, & funiculis stringunt, inferuenti pice immergunt, hanc optime constitam, & pluribus linteolis loricatam paruo foramine peruiam faciunt, & in centro pilæ iam dictæ locant, vt cum in superficie aquæ superuenierit, in interiorum puluerem ingrediens, pilam in partes disiicit, & astantibus ora ingenui bombo fauciabit. Sunt qui faciant

*Idem alio modo.*

Misturam ex sulphure, colophoniam, halinitro, vernice conficiunt, & his qualiter plumbum pyri pulueris admiscent, adduntq; terebinthinam resinam, venetam, oleum vernicis liquidæ, kitram, oleum lini, & aquam vltè optimè repurgatam, his pulueres siccos humos faciunt, & ignorant, hanc ardentius ignem cōcepisse vidimus, & flamas longius iaculari. Ad faciendum

*Idem.*

Assumito mastiches partem vnam, thuris duas, granorum vernicis, sulphuris, caphuræ, pyri pulueris, singulorum tres, colophoniam sequentem, halinitri repurgati novem, contere omnia, & per cribrum succernito, at caphuram cum sale mistam contundes: nam sola inhabilis contusioni, omnia in fistilem ampli oris fideliam expandit irroratio liquida naphtha, aut vernicis, aut lino oleo, & manibus commisceto. Exemptam pulueris partem

partem in excavatam harundinem mittito, & experientum querito, ecquid ardendo tibi satisfaciat, quod si contigerit lentius ardere, plusculum pyrij pulueris suggerito, si vehementius, colophonię semper probando, si spei respondeat nec ne: nam his compositionibus eadem addimus, ad retundendam halinitri, vel pyrij pulueris vehementem vstitutionem. Post loculos effinge ex cannabino panno in pilae formā, quos mistura repleas, & optime infarcias, post funiculis circumcinge, tandem sulphur liquato, nec desit in eo pyrij pulueris pars quarta, lignea virga remiscendo, & pilam eoliuore circumlutabis, ut rite munita, loricataque sit. Iam confectæ veru foramen fige usq; ad centrum, eoq; extracto reple puluere, ex quo ignem injicias, & sub aquis ardebit, poterit & æneis tormentis projici. Nec reticebimus quomodo siant.

*Pila, ollaq; nauibus proyicienda.*

Hanc ignium compositionem scripsere maiores Alexandrum Magnum reperisse, ad pontes, ostia, nauigia, & eiusmodi similia comburenda, nunc vehementius operabitur, propter pyrij pulueris additamentum. Pulueris pyrij, halinitri, sulphuris, picis, lachrymæ pini, granorum vernicis, thuris partes æquales, caphuræ dimidium, hæc omnia remisceantur contusa, mox olei kitram, vernicis liquidæ, cerebinthinæ resinae etiam partes æquales liquefacies, & simul omnibus remistiis ollas replebis: inter hostes, & naues iniiciendas. Vel si ex his pilam conficeris, & circa caput mallei religabis, cuius dens pedalis acutus, manubrium trium pedum, in navalis conflictu, si quis leui cymba hostilium nauium alveo confixerit undictu, magnum incendium excitat, non aquis, non alijs rebus extinguendum.

*Quomodo pile metallicæ siant, que ignem, & ferreas refseras iaculaneur. CAP. VII.*

**D**OCEBIMVS metallicas pilas conficere fragiles, quæ pyrio puluere repletæ, obstructis undiq; spumentis, violentia obstantis intus flammæ in plures, partes dissiliant, aq; obuiantium corpora trâsuerberent,